



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola XCIX. Ioannis Papae VIII. Ad Diversarvm Sedivm Archiepiscopos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

## EPISTOLA XCIX.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD DIVERSARVM SEDIVM ARCHIEPISCOPOS.

*Hincmaro archiepiscopo Rhemensi, Ansegiso archiepiscopo Senonensi, Frotario archiepiscopo Bituricensi, Joanni archiepiscopo Rothomagensi, Adelardo archiepiscopo Turonenzi, a paribus.*

**C**ANONICA instituta seruantes, oportet nos, quod tiescumque ecclesiæ ingerunt passiones, sacerdotum collegia aggregare, ut his simul conuenientibus, salubre vniuersitatem ecclesiæ consilium, & totius Christianitatis fidem eidem imponant, & æquitatum omnium \* moderamina queant congrue dilaniari. Idcirco vestram hor tamur sanctitatem, dum de Ludouici glorioſi regis aduentu audieritis, quando ad nos venire \* conauerit, in eo loco celebraturi Concilium incerte tenemus, sed vos audientes comperietis, mox vt præsentes suscepitis nostras apostolicas literas, omni mora seposita ad nos venire non differatis. Ita profecto de vestræ vnanimitatis & pacis concordia mentis iucunditas vberius multiplicetur, ut conuentus vniuersorum, & vestræ deuotionis concursus, nec solum ad fauorem hominum, sed ecclesiis ad laudem potissimum proficiant creatoris. Optamus fraternitatem vestram in Christo bene valere. Data iv. Idus Iunias, indictione xi.

\* al. moderamine q.c. dili-  
mari,  
id est ex-  
minati.